



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

**Parisiis, 1644**

X. De damnatione filiorum qui ex sacerdotibus & ministris geniti  
comprobantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15300**

pare ratio nulla permetteret; nisi eius, qui conuenit, sacerdotis iniuriæ contemplatione antiquitas hoc \*vfitata seruasset. Porro \*breuem descriptarum rerum sub fideli relatione idem qui descripsit dirigere metropolitano curabit. Metropolitanus ex eadem morientis ecclesia nihil prorsus auferre præsumat; sed solum, quæ ad eum pertinet, \*saluationis curam impendat.

ANNO CHRISTI 655.

\*vfurpata  
\*breue

\*curam salutarẽ impèdat.

## X.

15. quæst. 8.  
Cum multa.  
Iuo part. 6.  
cap. 425.

Cum multæ super incontinentiam ordinis clericorum vsque hætenus emanauerint sententiæ patrum, & nullatenus ipsorum \*formari quiuerit correctio morum, vsque adeo sententiam iudicantium protraxere commissa culparum, vt non tantum \*ferretur vltio in \*auctõribus scelerum, verum & in \*progenie damnatorum. Ideoque quilibet ab episcopo, vsque ad subdiaconum deinceps, vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ detestando connubio in honore constituti filios procreauerint; illi quidem ex quibus geniti probabuntur, canonica censura damnentur, proles autem \*tali nata pollutione, non solum parentum hereditatem nusquam accipiat, sed etiam in seruitutem eius ecclesiæ, de cuius sacerdotis, vel ministri \*ignominia nati sunt, iure perenni manebunt.

\*reformari, al. firmari

\*ferretur  
\*auctores  
\*progeniem

\*aliena, vel hac

\*ignominio

## XI.

Dist. 53.  
cap. Qui ex familiis.

Qui ex familiis ecclesiæ seruituri deuocantur, in clerum ab episcopis suis libertatis necesse est percipiant donum: & si honestæ vitæ claruerint meritis, tunc demum maioribus fungantur officiis: quos vero flagitii sordidauerit incorrigibilis noxa,